

statam facerem . Hæsitabam tamen ,
 quonam potissimum ex iis , quas in
 promptu manu exaratas habebam , qua-
 libuscumque lucubrationibus documen-
 to in lucem edito , id præstarem , quod
 dudum optaveram . Verum recolenti
 mihi ea tempora , quando Apostolica
 in Syriam Ablegatione , a Clemente XII.
 Pontifice Maximo mihi demandata ,
 tres integros annos utcumque perfun-
 ctus , in hanc Urbem redii , condito-
 rum in Synodo Nationali , cui præfue-
 ram , Canonum rationem Supremæ Se-
 di , ut par erat , redditurus ; protinus
 obversata est , excitata a nonnullis cir-
 ca eandem Synodum controversia : cui
 expendendæ atque dijudicandæ Tu unus ,
 SANCTISSIME PATER , ex Eminentissimis
 Cardinalibus Sacræ Congregationi de
 Propaganda Fide præpositis , a sapien-
 tissimo Pontifice Benedicto XIV. cen-
 sor , arbiterque delectus fuisti .

Quamquam enim Josephus Patriar-
 cha Antiochenus , vir zelo Ecclesiasti-